

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Cogitacio d  
cum fonte primo

Tunc ad perfectionis summam pertingimus  
cum sic exteriora uicia uincimus  
ut cogitationes superfluas a mente reseceamus.

Sed quid est quod deuotione completa,  
caput Nazaraeus radere capillosque  
in igne sacrificii ponere iubetur, nisi quod  
tunc ad perfectionis summam pertingimus  
cum sic exteriora uicia uincimus,  
ut etiam cogitationes superfluas a mente reseceamus?

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 2.52 (CCSL 143,  
M. Adriaen ed., p.110, ll.48-52).

Nam tanto longius mens a necessariis cessat,  
quanto inania latius cogitat.

Tanto autem longius mens a necessariis cessat  
quanto inania latius cogitat.

Gregorius libro II. moralium.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 2.48 (CCSL 143,  
M. Adriaen ed., p.104, ll.33-34).